am ferent si videtur vobis, ego etiam
rem habeo, tu rectissime facies si
que a Landgravio excepta sunt
scribas in literis meis philippo q̄
rogo de vale in dimittia sua colliga
tis et charissime rogo, ut Doctoris
ad te literas accipias et perlegas. Non
possumus satis mirari, singularem ho
minis in his acerbissimis temporibus
constantiam, hilaritatem, fidem, spem. Assi
due autem illa diligentiore verbi dei tra
ctatione alit, nullus abit dies, quin
ut minimum tres horas, easque studiis
aptiss. in orationem ponat. Semel mihi
contigit ut orantem eum audirem. Bone
deus quantus spiritus, quanta fides in
ipsis verbis erat. Tanta reveren
tia petit aliquid ut cum deo, tanta
spe et fide ut cum patre et amico col
loqui sentiat. Scio, aiebat te patrem
et deum nostrum esse certo igitur scio quod
filiorum tuorum persecutores sis perdi
turus. Quod si non facis, tuum peri
culum cum nostro est coniunctum. Tuum
est negotium hoc totum, nos ad id co
acti accessimus, tu igitur defendas

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id457052678/49